

et ferè omnes barbaras nationes in bello alias , alias in pace suo
subiugauit imperio . Vnde D. Hieronymus qui eodem regnante
Constantino natus , hoc felici Ecclesiæ potiebatur statu , tan-
tam fidei dilatationem admiratus in epitaphio Nepotiani sic
ait ; Ante resurrectionem Christi notus tantum in Iudea erat
Deus , in Israel magnum nomen eius : nunc autem (Constanti-
ni scilicet Imperatoris tempore) passionem Christi et resurre-
ctionem eius , cunctarum gentium et voces & litteræ sonant .
Taceo de Hebrais , Græcis , & Latinis , quas nationes suæ
Crucis titulo Dominus dedicauit . Immortalem animam et post
dissolutionem corporis substantem , quod Pythagoras somnia-
uit , Democritus non credidit , in consolationem damnationis
suæ Socrates disputauit in carcere , Indus , Persa , Gotthus ,
Aegyptius , philosophantur . Besorum feritas , & pellito-
rum turba populorum , qui mortuorum quondam in ferijs homi-
nes immolabant , stridorem suum in dulce crucis fregerunt me-
los : et totius mundi una vox Christus est . Etrurus alibi ad
Latam scribens inquit ; Solitudinem patitur & in urbe Gen-
tilitas . Dix quondam nationum cum bubonibus & noctuis in so-
lis culminibus remanserunt . Vexilla militum , crucis insignia
sunt . Regum purpuras et ardentes diadematum gemmas pa-
tibili salutaris pictura condecorat . Iam & Aegyptius Serapis
Christianus factus est . Marnas Gaze luget inclusus , & euer-
sionem templi iugiter pertremiscit . De India , Perse , Aethio-
pia monachorum quotidie turmas suscipimus . Depositus Phare-
tras Armenius , Hunni psalterium discunt , Scythie frigora
feruent calore fidei . Getarum rutilus & flauus exercitus Ec-
clesiarum circumfert tentoria , & ideo forsitan contra nos & aqua
pugnant acie , quia pari religione confidunt . Hac Diuus Hiero-
nymus . Quibus verbis profectò quantum Ecclesia Christi regum præsidio munita terram impleuerit , et palmites